

riculum est ne pro peccatis ipsos frangant. **C**lamat igitur ecclesia ut exurgat quantum ad primos ipsos confortando cum dormire. videat ipsos non eripiendo. **C**lamat ut exurgat quantum ad secundos ipsos ouertendo a quibus videtur faciem auertere ipsos quod ammodo repellendo. **C**lamat ut exurgat quantum ad tercos ipsos in prosperis adiuvando et liberando.

### De quinquagesima

**Q**uinquagesima durat a dominica qua cantatur **E**stote mihi domine in decem precationem. et terminatur in ipso die pasche. **I**nstituta est autem et propter supplementationem et propter significationem et propter reparationem. **P**ropter supplementationem quoniam cum debeamus quadraginta diebus ieiunare ad similitudinem christi. et non sint ibi nisi triginta sex dies ieiunabiles quia in dominica non ieiunatur. **T**um propter leticiam et reuerentiam resurrectionis. **T**um exemplo christi qui ipsa die resurrectionis bis comedit. scilicet quando intravit ad discipulos ianuis clausis et ibi obtulerunt sibi partem piscis assis et fauam mellis. **E**t iterum cum discipulis euntibus in emaus. **I**deo pro supplementatione dominicarum additi sunt quatuor dies. **E**t iterum clerici videtur quod sicut precedebat populum oratione ita procedere deberent sanctitate. **P**er duos iterum dies ante illos quatuor abstinere et ieiunare incipiunt. et sic una septimana addita

est que et quinquagesima nominatur. **A**lia ratio est propter significationem. quoniam quinquagesima significat tempus remissionis. id est penitentie in qua omnia remittuntur. **Q**uinquagesimus enim annus erat iubilus qui erat annus remissionis. quia tunc debita dimittuntur. **P**er quod significabatur. quod per penitentiam dimittuntur debita peccatorum. **L**iberantur omnes a seruitute diaboli et reuertuntur ad possessiones celestium mansionum. **T**ercia ratio est propter representationem. **N**am quinquagesima non solum tempus remissionis significat sed etiam statum beatitudinis reprobatur. **N**am in primo anno serui efficiebantur liberi. **I**n primo die a die agni immolati lex data est. **I**n quinquagesimo die a pascha datus est spiritus sanctus. **E**t ideo hic numerus beatitudinem reprobatur ubi erat adeptio libertatis cognitio veritatis et perfectio caritatis. **T**ria sunt necessaria que proponuntur nobis in epistola et in euangelio ad hoc quod opera penitentie sint perfecta scilicet caritas que proponitur in epistola. **M**emoriam dominice passionis et fides que intelligitur per illuminationem cecorum et hec ponuntur in euangelio. **N**am fides ipsa opera facit mirabilia. quia sine fide impossibile est placere deo. **M**emoriam dominice passionis facit opera facilia. **I**nde dicit **G**regorius. **S**i passio christi ad memoriam reducat. nihil est quod non equo animo toleretur. **C**aritas autem facit opera esse continua. **Q**uia dicit. **G**regorius. **A**mor dei non potest esse otiosus.



**O**patur enim magna si est **S**i autem operari negligit. amor non est. Et sicut in principio ecclesia quasi desperans clamauerat **C**ircūdederunt me etc. Et postmodum ad se rediens ad iuuari pecebat. ita hic iam concepta fiducia et spe venie propter penitentiam orat et dicit **E**sto mihi in deum etc. ubi quatuor petit scilicet protectionem firmamentum. refugium et ducatum **O**mnes enim filii sui aut sunt in gratia. aut sunt in culpa. aut in aduersis. aut in prosperis **I**llis qui sunt in gratia petit firmamentum ut scilicet in ipsa gratia confirmetur **I**llis qui sunt in culpa petit ut deus sit eorum refugium **I**llis qui sunt in aduersis petit protectionem. ut in ipsis tribulationibus protegerantur **I**llis qui sunt in prosperis petit ducatum ut scilicet in ipsis a deo innocententur ducantur **T**erminat autem quinque gemina ut dictum est in die pasche quod penitentia ad nouitatem vite facit resurgere **I**n hoc tempore ps. l. i. **M**iserere mei deus qui est ps. penitentiae et remissionis plurimum frequentatur

### **De quadragesima.**

**Q**uadragesima incipit a dominica qua catar Inuocauit me etc. ubi ecclesia que tot tribulationibus pressa clamauerat **C**ircūdedert me etc. Et postmodum respirauerat. inuocando adiutorium dicens **E**xurge domine et esto mihi in deum protecto. **N**unc ostendit se exaudita dicens **I**nuocauit me etc. **N**otandum autem quod xl. continet xlii. dies computatis dominicis diebus **E**x quibus

duo sex dies dominicales subtrahuntur in quibus ieiunari non debet ut dictum est supra **R**emanet xxxvi. dies in abstinentia que sunt decima pars totius anni **A**nnus enim habet ccc. lxxv. dies quorum xxxvi. sunt decima **E**t 2. dies precedenti immediate hanc dominicam addunt illis. xxxvi. diebus ut sacri numerus xl. diebus impleatur quem saluator suo ieiunio decreuit **Q**uare autem in huiusmodi quadragesimo ieiunium obseruamus triplex ratio assignari potest **P**rima est **A**ugustini **Q**uia matheus quadraginta generationes christi posuit. **A**d hoc igitur dominus suo quadragenario numero ad nos ipse descendit ut nos ad eum numero quadragesimo ascendamus **A**liam rationem assignat idem dicens **A**d hoc ut habeamus quinquagenarium. quadragesimo adijciendum est denarium. **Q**uia ad hoc ut veniamus ad beatam terram oportet nos toto patris vite tempore laborare **I**nde et dominus quadraginta diebus cum discipulis mansit et post decima die spiritum sanctum paraclitum misit **T**ertiam assignat magister propositiuus in summa de officio dicens **M**undus in quatuor partibus et annus in quatuor temporibus diuisus est **E**t homo ex quatuor elementis et quatuor complexionibus constituitur **E**t nouam legem que in quatuor euangelis consistit et veterem que in decem mandatis transgressi sumus **O**portet igitur ut denarius per quaternarium multiplicetur ut sic quadragesima faciamus id est mandata veteris et noue legis toto tempore vite huius impleamus **C**onsistit quidem